

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam  
Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In  
Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo  
Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt XXIV. De dispositionibus aliis, quæ à solo Deo infunduntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38621**

cerā, & pura atque indissolubili diligit charitatem, non quoque ei perpetua & insuperabilis dilectione jungamur, ut eidem scilicet copulati, ut quidquid speramus, quidquid intelligimus, quidquid loquimur, DEUS sit. In illum, inquam, pervenientes quem prediximus finem, quem idem Dominus orans in nobis operat impletari. Ut omnes sint unum, sicut nos unum sumus, ego in eis, & tu in me, ut sint & ipsi consummari in unum. & iterum: Pater, quos dedisti mihi, volo ut ubi ego sum, & ipsi sint mecum. Haec tenet Caffianus.

Illiad vero advertas oportet, quod postquam haec omnia exinde praeferitis, ne putes te sublimem hanc unionem gratiam ex iustitia meruisse, tibique in fallibiliter concedendam, quia quidem cum donum si DEI ad salutem eternam non necessarium, non ex iustitia oblineri, sed ex misericordia & liberalitate divina, laboribus & gemitibus imperatur. Gloria quidem DEI est, & ut accepitas, desiderata, & petita; humiliata servata est, ut magni in oculis DEI fiant. In terrena republica, prima loca & dignitates ambi, superbia est: in domo DEI ad alioitem ledem & sanctitatem concedere, magnanimitas est.

## CAPUT XXIV.

*De dispositionibus aliis, quae à solo DEO infunduntur.*

**N**OBILITAS quidem est hoc ad arcam cum DEO unionem dispositionis genus, ut pote à solo DEO infundat; quod sane neque industris neque cooperatio nostra, etiam divinitus ordinario gratia influxu adiutor, pertingeret & valentiuscedat. Et verò aliquando priori dispositionum generi, si perfectè exercitatur, hoc secundum, quod divinis sumum quidem est, & proximior ad illam Unionem, de qua disserimus, dispositio.

S. Bonaventura Opusculo de septem gradibus Contemplationis, prius quam attingat unionem illam felicissimam, de qua lemo nostro institutur, promittit duas in anima dispositiones, veluti inter alias huic unum propinquiores, magisque immediatas, his verbis: Secundus gradus est, Tertio, id est, rofessus quidam liquor, qui per totam animam diffusus est erudit, corrborat, confortat, disponens ipsam suaviter. Ad veritatis certitudines suscipendas pariter & contemplandas.

Ecce infra: Undio mulcet, pinguedinem suam infundens, ut anima ad suscipiendo divinos radios iuste appetitor maneat. Tertius est, Voluptuosa interiori dominante elevatio supra seipsum; id est, desiderio exteriori dominante, ut propriis ad fontem divisi amoris accedit: nam oblitio exteriori homini, anima pro viribus se ad exteriora & altissima sursum extolleret, medianitibus activis virtutibus, puritate scilicet & humilitate: humilitate desideratur homo exterior, puritate iursum agitur interior, ut divinos radios suscipere possit. Hec est dispositio, iuxta vires sancti spiritus, quae in anima sole: praecedere, cùm à DEO hac deliciissima unione reficitur.

Est autem bipartita. Prima est, Liquor quidam celestis, per totam animam diffusus, eandem confortans, corroborans, instruens, intenctus ac disponens ad receptionem & ad contemplationem radiorum veritatis. Secunda est Volatus sive elevatio quidam anima supra seipsum, quo oblitio hominis exterioris, proprius accedit ad fontem divini amoris, scilicet exigit, quantum fieri potest, ad carnem.

Thom. à Iesu Oper. Tom. II.

Principua vero dispositio ad hanc felicissimam animam cum DEO disponitionem, est ardentissimi divini amoris violentia, quia DEI animam amoris jaculo vulneram ad ipsius unionem & amplexum perducit: quia dispositio propria est via Unius supernaturalis & infuse, de qua in hac tractatione distillerimus. Hejus amoris violentia gradus, quibus anima miscet ad hanc unionem à Deo effetur & sublimatur, accurasius alii Richardus à S. Viatore in *Gradibus amoris violenti* perstitxit, ubi quatuor hujus amoris violenti gradus erudit & designantur; quorum tres priores sunt instar dispositio nō ad quartum, quem non immixtū appellat deficientem, in quo ista divina unio perficiatur & consummatur. Intertim Authoris verba, quanta posero brevitate, Lectitoribus proponam: digni sunt enim, ut ab omnibus huic divinæ unioni creditur sapientia evolvanur.

V. magna, inquit, dilectionis, magna virtus charitatis, multi gradus in ea, & in eis magna differentia, & eos qui distingueris, vel saltē dinumerare sufficiunt. Et dicitur eratis aīquibus gradibus, infra additum. *Supra tamen omnes gradus dilectionis est amor iste ardens & fervens, qui cor nec sitat, & medullis transfigit, ut veraciter dicat: Vulnerata charitate ego sum.*

Et lequitur: Cogitemus ergo quae sit supereminentia charitatis Christi, qua dilectionem parentum vincit, Vischatis, amorem prolixiter superat, affectum carnis transcendit vel extinguit, insuper & animam suam in odium veritatis. O violentia dilectionis! O violentia charitatis Christi filiorum est de quo logi volumus, de violencia charitatis, de supereminentia perfecta annulationis, ascendendo ad opera violentia charitatis, & invento quidam charitas vulnerat, charitas ligat, charitas laetitia gaudium facit, charitas defectum inducit. Quia id horum non violentum? quid horum non validum?

Hæc omnia Richardus. Et post facie profequitur, dicens: Primus gradus violentis amoris est, quando mens gradus desiderio suo resistere non potest nisi vulneraretur. Non amoris ne tibi cor parvulum videtur, quando illa ignea amoris acutus mente homini in dulcissimis penetret, affectus.

Amor dumque transverbatur in tantum, ut desiderium sive vulnera afflata concipere animo non valeat, desiderium ardet, tans, affectus astutus, ambulat profundè ingeniens, & longa suspicio trahens ut dicat: Vulnerata charitate ego sum.

De signis hujus amoris Richardus inferius ad Eius figdit, dicens: *Ecce tibi anima vulnerata certa sunt signa, na & ex genitus & spiris, vultus pallens atque tabescens, febus, qua omnia operatur amor vehementis. Sed post subiungit utilitatem istius gradus, dicens: In primo isto gradu, spiritus iste intras super mel dulcis ad animam, & inebriat eam in tantum, ut habere dicat m. l. lac sub lingua sua. Et parum post: Hic est ille cibus calostru, qui egreditur ex Egypto sole resuscitare, & per solitudinem ducere, & pacificare. Hoc est illud manna absconditum, quod nemo scit nisi qui accipit, non per doctrinam, sed per experientiam. Et hic est ille dulcis suavitatis spiritus, bac tenet sua vitas, qua solet latare & alese, & ad matutinatem paulatim perducere. Et in facta: Hoc ergo afflito per dulichonum gradum agitur, ut dum mens sapere visitatur, sive reficitur, sive inebriatur, quandoque ad majora audenda provocatur, & ad secundum gradum charitatis disponitur. Hæc illa.*

Secundum gradum amoris violenti, inquit: Richardus, diximus illum qui ligat, sicut primum discimus qui vulnerat. Nonne, inquit, sine omni contradictione animas ligatus est, quando omnium obliuiscitur, ut aliud meditari non possit: quia quidquid agat,

Secundus gradus amoris violenti, inquit, Richardus, diximus illum qui ligat, sicut primum discimus qui vulnerat. Nonne, inquit, sine omni contradictione animas ligatus est, quando omnium obliuiscitur, ut aliud meditari non possit: quia quidquid agat,

F. 3

quidam

quidquid dicat, semper hoc mente evolvit, perennique memoria retinet, hoc dormiens somnias, hoc vigilans omni hora tractat. Unde facile est perpendere (ut arbitror) quando his gradus priorem gradum transeundit, qui mentem hominis nec ad horam quietam esse permittit. Sequitur. Re deo igitur dictum est, quod prior gradus sit qui vulnerat, secundus sit iste qui ligat. Lices ergo ligare minus sit quandoque quam vulnerari, tamen major violencia videtur esse, si postquam aliquis percussus dejectus, dejectus deprehenditur, deprehensus abducitur, abducitur incarceratur, incarceratus cœnatur atque ligatur, & jam omnino captivus tenetur. Quid horum, quo, magis & violentius? Ille liber est, iste autem a loco quo detinetur recedere non potest. Sic utique qui a secundo gradu violentia charitatis absorptus est, quidquid agat, quocumque se vertas, ad illa una & intima sollicitudinis sua cura avelli non potest, quia ligatus est. Hac ille.

Pixeret, ut hunc secundum amoris gradum perficiat, ita inferius scribit: Sicut in priore gradu degustata suavitatis satiat animum, transfigurata affectum; sic in hoc secundo gradu inspecta charitatis cogitationem ligat, ut illius obliuiscatur, vel aliud cogitare non possit. Vincula illius Alligatura salutis dicuntur in Ecclesiastico.

Tertius amor langues. Ad tertium itaque gradum violenti amoris ascendit, quando omnem alium amorem excludit, quando nihil præter unum, vel nisi propter unum diligit, in quo sponsa languet divino amore dicitur. In hoc igitur tertio, ait, gradu violentia charitatis, nihil omnino satisfacere potest præter unum, sicut & nihil sapere potest nisi & unum, unum amat, unum diligit, unum fit, unum concupiscit, ad unum anhelet, in unum suspirat, & in uno inardescit, in uno requiescit, unum solum est in quo resicitur, unum solum ex quo satietur, nihil dulcescit, nihil sapit, nisi hoc uno solo condicatur.

Eius min. Sequitur: Quidquid ultra se offerat, quidquid sponte vis & te occurrat, citio rejicitur, citio conculcatur quod suo proprietas. Sed quis hujus affectus tyrannidem dignè describat, quoniam omne desiderium expellit, omne studium excludit, omne exercitium violenter opprimit quod sua concupiscentia deseruire non conspicit. Quidquid agat, quidquid dicat, quidquid cogitet, inutile, inò intolerabile videtur, nisi in unum sui desiderii finem concurat. Cum autem frui potest eo quem diligit, omnia pariter se habere erit, sive illo autem horret omnia, corpore defuit, corde rabiens & languescit, consilium non accipit, ratione non acquiscit, nullam consolationem admittit, sed clamat cum sponsa: Nuntiate dilecto, quia amore languet. Ubi ait Glosa: Pra amorū magnitudine omnia temporalia sunt mibi saefido.

Et infra: Tertius itaque gradus amoris est, quando mens rapiatur in DEUM luminis abyssum, ita ut humana animus in hoc statu omnipotens exteriorum oblitus, penitus infelix seipsum, totumque transfaret in DEUM suum. In hoc itaque gradu competitur plenè carnalium desideriorum turbam, & sit in celo silentium quasi dimidia hora. In hoc namque gradu, dum mens a seipso alienatur, dum in illud divinum secretarium rapitur, dum ab illo divini amori incendio circumdat, intimè penetratur & inflammat, seipsum penitus excusat, & divinum quemdam affectum induit, & insperata pulchritudinem configura a tota in alias gloriam transit. In hoc statu, anima in illam quem diligit ligescit, & in seipso tota languescit, ut dicat: Fulcite me floribus, stipite me malu, quia amore langueo.

Unde idem Author inferit, quod sicut primus gradus affectum sauciatur, sic secundus sauciatum ligatur.

Discri-  
men in-

& tertius actionem implicat ut animus circa aliqua rebor, occupari non posset, nisi quo eum voluntatis divina mo- gradus transfert vel impellit: & si qui ad hunc tertium gradum amoris proficerant, nihil iam propria voluntate agunt, nihil omnino suo arbitrio relinquent, sed divina dispensatione omnia committunt. Haec nus ille. Quod cautè legas, ut non operationem totaliter exclusas creature; unde idem Richartus adit, dicens: Sicut artifex liquefacit metallum formam quamcumque voluerit imprimat, sic anima in illo statu ad omne divina voluntatis suorum se facile applicat, inò spontaneo quodam desiderio ad omne eius atrium seipsum accommodat, & juxta divinum beneplacitum modum omnem voluntatem suam informat, ut obediens cum Christo usque ad mortem. Huic exemplari quilibet se debet conformare, quia vult summa charita- tis gradum attingere.

Hac sunt præviae & proximæ dispositiones ad Quartum ecclasticum & fruictivam illam Unionem, de qua Amor agimus, ut expressè ex sequentibus verbis Richart. deficiat de colligitor, dom inquit: Quartus gradus violentia quo via charitatis est, quando afflatus animi desiderio jam & pro omnino nihil satisfacere potest, & ideo ad desiderium pueri, dicit. Sequitur: Qui hujus supremi gradus violentiam digne pensare sufficiat quid queso cor hominum profundi penetrat, rebemantis exagitat, quam quod si sum suam nec resistendo temperare, nec inebriando extingue posse in hoc præterea gradu est amor insuperabilis, quia alii affectui etiam majori non cedunt, insuperabilis est, quia à memoria nunquam recedit; singularis est, quia sicutum non recipit; insatiabilis est, quia ei satisfacti non poterit.

Ex his intelligi poterit, quia ratione proxima ad hanc fruictivam & ebrium unionem dispositio procedat ab hoc amore violentio & vive vulnerante, qui sauciatur, ligatur, & languere facit animam; ad quem languorem sequitur defectus sine mort illa, quia anima extra omnes sensus ponitur, & in DEUM mediâ unione transformarunt.

Hac sunt dispositiones, quæ à DEO liberalissime donati solent iis, qui ad ineffabilem istam Unionis gratiam divinitus excitantur; quæ quidem omnes in amore violentio fundantur; neque enim alia via ad amorosam unionem esse potest nisi per amorem. Hujusmodi autem supernature & infusa dispositiones prioribus dispositionibus, de quibus capitibus præcedentibus tractavimus, succedere solent. Quod si illas cum DEI gratia praefitteris, hasque, quæ proximiores sunt, non acciperis dies humiliiter in corde tuo: Servi inutilis sum, quod debui facere feci. Quod si mei labioribus & conacibus, quam cupio & potu, unionem hanc fruictivam non fuerim consecutus, sufficiet mihi ad illam unionem & conformitatem cum divina voluntate, quæ toius perfectionis finis est, si possim pervenire, in hac enim si a est Christiana vita perfectio. Ad hanc unio illa fruictiva & mystica, tamquam in postissimum scopum destinatur: sine hac nullus umquam sanctorum vixit, multi forsitan sine hanc fruictive unionis degustatione feliciter obierunt.

CAPITI

Legend.  
Trib.  
Theolog.  
de ratione  
animæ  
cum Deo,  
q. 12.  
art. 3.  
spp.  
vol. Lunc-  
donci à  
Screba  
& lapa-  
lindatas;  
Balbas.  
Com-  
ment. ii  
cap. 3.  
massian.  
7. & ab  
to divid.  
west. n.  
Adam-  
nian. t. 2  
ib. 4.  
Tract. 8.  
a. 15. B.  
P. Joan-  
Cœce,  
& Phi-  
lip. 2. St.  
Trinit.